



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia


Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Carolo Emanveli II. Allobrogvm Dvci Maximo, Subalpinorum Principi
Potentissimo, Cypriorum Regi Serenissimo, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)



C A R O L O
E M A N V E L I I I.
A L L O B R O G V M
D V C I M A X I M O,

*Subalpinorum Principi Potentissimo, Cypriorum
Regi Serenissimo, &c.*



LVCVBRATA mihi iam pro-
pè octogenario vndeviginti
volumina in lucem emissuro,
quo nomine clarissimo, velut à
sole collucerent, inquirendum
diu minimè fuit. Quidni enim,

Tuum SERENISSIME PRINCEPS, ipsi operis fronti,
omni abiecta cunctatione, inscribendum puta-
rem, quamplurimis R. A. T. devinctus nomini-
bus,

RAYNAUDI

Tomus I.
De Christo
et
Tomus II.
De Attributis
Christi
XVII
3

E P I S T O L A

bus, & quàm maximis? Nec studio duntaxat incensus & officio, id expetij: sed in eam quoque spem veni, fore ut ne Te quidem invito, aditus operis inclito hocce titulo splenderet. Etenim venit in mentem gravissimi, Oratoris illius Provincia, (cuius ad NICOCLEM CYPRI REGEM, extat etiamnum Oratio planè Regia) cum præclarè diceret, [æquitati in primis esse consentaneum, ut non paternarum modò facultatum, sed paternæ etiam amicitiae hæreditatem adirent liberi.] Optimo itaque iure speravi, non ingratum ei CYPRIORVM REGI hoc fore opus, ad quem non Maiorum modò ditionis, sed & virtutis hæreditatem venisse perspiciam. Si eum igitur audiam Oratorem, ac nō audire ingratus velim; in certissimam Tuæ in me benignitatis spem assurgam oportet. Quippe qui non sine singulari animi sensu, apud me reputem identidem, Avum Tuum gloriosæ ac felicitis memoriæ CAROLVM-EMANVELEM, Parentemque invictissimum VICTOREM-AMEDEVVM singulari me humanitate esse complexos. Vnde qui Pacis bellicæ artibus inclytis Principibus non invisus acciderim, eorum apud hæredem clarissimum, me aliquam consecuturum gratiam, haudquam dubitavi, quem Avitas simul & Paternas Regias dotes videam consecutum. Nimirum Illustrissimi Principes, facere soliti sunt, quod Oratorum Princeps, quondam dicere. [Nihil

habere

DEDICATORIA.

habere Principis fortunam maius quàm vt pos-
sit, nihil naturam melius quàm vt velit conser-
vare quam plurimos:] addo Ego, omnibus be-
nefacere. Ad eam Patris in me Tui, nec non
Avi, singularem bevolentia significationem,
non vulgaris vtriusque Patru humanitas acces-
sit. MAVRITIVS PRINCEPS, in augustissimum pur-
puratorum Patrum Collegium, iure meritò
cooptatus, me sibi Parisios proficiscenti adiu-
gi voluit. Eam in me subsecutus benignitatem
est inclytus PRINCEPS THOMAS, qui Marte in pri-
mis clarus, haud ingratam sibi accidere Palladem
nostram sapè sapius, sed tum maximè declara-
vit, cum lucubrationes meas vt prælo subiice-
rem est adhortatus, suam mihi beneficentiam
pollicitus non defuturam. Ex quibus facilè in-
telligis, SERENISS. PRINCEPS, quàm magnis ratio-
nibus adducar vt mea Tibi addicam Opera, cui
etiam Societas nostra est addictissima. Ibunt illa,
citra metum invidiæ, in omnium nationum
manus, eius Principis inscripta maiestati, quem
tota latè suspicit Europa, & Europæ politissima
Gallia; quæ non ita pridem, cum præclara quæ
de Te audierat, nihil haberet optatius, quàm vt
videret; se maiora tamen vidisse fassa est, quàm
audisse; & vbi concitatam famâ summam de
Te expectationem, adventu longè superari per-
spexit, ei se Principi eam dedisse Matrem, ma-
ximo maximam gavisa est. Studio nihilo tamen

minùs

RAYNAUDI

Thomas I.
De Christo
et
Thomas II.
De Attributis
Christi
XVII
3

EPISTOLA DEDICAT.

minùs in Te, SERENISS. PRINCEPS, quanto quanto
tenear; haud minore ad id observantiæ officio
devincior, A. T. subditus, Tuam ad Nicæam na-
tus, in Vrbe Cespitello, ex qua eundem ac Ma-
iores mei, in Te animum hausi, eundem pariter
& cultum & amorem. Quem non aliàs oppor-
tuniùs Tibi significare potui, quàm sub tem-
pus fœlicissimi matrimonij subditorum felicitati
mox consulturi: nec aliàs commodiùs vota,
Tuæ felicitatis causâ nuncupare, quàm in pu-
blicis populorum acclamationibus ardentissimè
id expetentium, vt quàm primùm Maioribus
Tuis, suscepto filio, non æqualem Te modo præ-
stes, sed maiorem: quibus eò duntaxat minor vi-
deri hæctenus potuisti, quòd nullum VICTORIS-
AMEDEI, ac CAROLI-EMANVELIS hæredem He-
roïbus illis haud absimilem repræsentaveris. Qui-
bus votis vt damnentur subditi, votis expetit
omnibus, & cumulatiorem Tibi in dies virtutis
ac gloriæ segetem comprecatur

S. R. A. T.

Servus Humillimus ac Deditissimus subditus

THEOPHILVS RAYNAVDVS

è Societate I E S V.